

1470. die 25. Julij.

Ex Orig. Arch. regni.

515.

Conradus Dux Sierie et Margaretha  
Ducissa quittant de summis infra con:  
tentis.

133

Conradus Dei gratia dux Sierie, Ole:  
schuensis, et Kostensis, et Margareta Ducissa  
eadem gratia consors ipsius, nata olim illu:  
stris principis Domini Semoviti Mazovia  
et Russia Ducis etc. Significamus tenore  
presentium universis recognoscentes, quomo:  
do Dum in vim Contractus facti cum Sere:  
nissimo principe, et Domino Domino Kazim:  
iro Dei gratia rege Polonia, magno duc  
Lithuania, Russia, Prussiaque Domino  
et herede etc Domino nostro gratioso pro  
et super Ducatibus et terris Mazovia, et  
Russia, post mortem olim preclarorum  
dominorum Semoviti Kazimiri, et Vladislai  
fratrum seniorum, atque Semoviti et  
Vladislai junioris, filiorum prefati Vladi:  
slai Ducum felix recordi derelictorum  
in extenuationem debiti viginti nullium  
florenorum pro quinta rata, seu pro quin:  
to termino, et pro die Sancti Jacobi Apo:  
stoli presenti juxta tenorem literarum  
regalium prelibati Serenissimi Domini  
Kazimiri Polonia regum, occasione dicto:  
rum Ducatum et terrarum Mazovia  
et Russia nobis obligatorum. Item tria  
nullia florenorum hungaricalium in  
auro De manibus venerabilis Johannis  
Rzesthowski Scolastici Sandoniriensis Cano:  
nici Cracoviensis, et thesaurarii regni

Polonia



Polonia De mandato predicti Serenissimi  
domini regis per manus nobilium Stanisłai  
Ruszecki et Clementis De Fakschono con:  
siliariorum nostrorum, quibus ad id plenum  
mandatum et omnimodam potestatem pre:  
sentium tenore, Damus et conferimus, dedi:  
musque et contulimus, precepimus, ac reali:  
ter et cum effectu levavimus, De quibus quā:  
dem tribus millibus florenorum ut profer:  
tur pro quinta rata, seu pro quinto ternū:  
no per nos perceptores prefatos, Dominum  
Kazimirum regem et majestatis sue he:  
redes et successores Polonia reges pro tempore  
existentes, ac inclitum Polonia regnum quāt:  
tamus, absolvimus, ac liberos dimittimus  
per presentes, promittentes verbis no:  
stris Ducalibus et fide bona pro nobis no:  
strisque heredibus et successoribus ipsum  
Dominum Regem, majestatisque ejus suc:  
cessores et heredes, regnumque Polonia  
pro eadem summa trium millium floreno:  
rum quinta rata, seu terniini quin:  
ti, veluti preactū est, per se aut alias  
quascunque submissas personas Directe  
vel indirecte via juris aut facti, seu quo:  
cunque alio modo vel exquisito colore non  
impetere, non movere, non inquietare  
perpetue et in arum, literasque inscriptio:  
num et obligatorias, quas a prefato  
Domino Kazimiro rege Polonia super pre:  
fatis viginti millibus florenorum obtine:  
mus circa solutionem residuitatis viginti  
millium



nullium florenorum nomine sue serenitatis pro ultima rata, seu pro ultimo termino sue serenitati, vel factoribus serenitatis sue, qui pro tunc eandem residuitatem Dictorum viginti nullium florenorum, nomine serenitatis sue nobis persolverint, similiter sub verbis nostris ducalibus et fide bona in pretorio Civitatis Galoviensis restituere promittimus et obligamus. Harum quibus sigilla nostra sunt subappensa testimonio literarum. Datum in Oleschnicza feria quarta ipso die Sancti Jacobi Apostoli. Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo.

Ta Kopia z oryginalu pargaminowego, przepisana dnia trzynastego miesiąca Marca. Roku Pańskiego 1785. u którego wisi na Ławach pargaminowych pieczęć Dwie.

